

( o )

gnari, qui, iudice Hieronymo, *in tenebris gladium ventilarunt*, vel, ut Tertulianus vult, de carnis resurrectione, & post eum Augustinus, libr. contra Ep. Parmen. *Clausis oculis in arenam cum hoste descenderunt*. Hisce enim meliores se non præstant, qui cum adversariis de fidei articulis pugnam commissuri, nullum controversiæ statum formant, sed cæcorum instar pugnant, ut sæpius de cæpis cum quærit alter, de alio alter respondeat. Exempla hîc adducere, non est ire per extentum funem. *Pontificii* ( ut unô tantùm atque alterô exemplo dictis fidem faciam ) probaturi Scripturæ obscuritatem, adducunt mysteria fidei, quæ inevidentia sunt, cum non de his, sed de verbis Scripturæ S. an perspicua sint, controvertatur. Quid hoc est, nisi Andabatarum more pugnare?  
*Cal-*